HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 82r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

id est scis qui uera altitudinem habent dicent operte nos. Beati enim
quorum operte sunt iniquitates. et collibus qui non habent altitudinem
naturalem quos diu putabant aliquid habere summitatis loquent
cadite super nos. Montes enim cooperient et colles cadent. Hec autem fient
per pauore nimio et incredibili formidine per quam montes et colles
humiliabunt. Ex diebus gabaa peccauit israel ibi steterunt non comp
hendit eos in gabaa filium super filios iniquitatis iuxta desiderium meum
corripiam eos. Congregabuntur super eos populi cum corripientur super duas
iniquitates suas. Lxx. Ex eo quo colles sunt peccauit israel ibi steterunt
non comphendit eos in colle bellum. super filios iniquitatis uenit ut cor
rumperet eos. et congregabuntur super illos populi. quando correpti
fuerint in duabus iniquitatibus suis. Ex eo die quo uxorem leuite tur
pitter atq; crudeliter interfecte beniamin in urbe gabaa peccauit
mihi omnis israel non quia ultus iniuriam et scelus sanguine uindica
uit sed quia dolore maritali prosiluit ad pugnam. et sacrilegium
in dominum suum noluit uindicare. eo quod in domo michee ephod et therapim
que pro idolis adorabantur neglexerit. Hic igitur steterit israel ibi suum re
pressit gradum. ne ultra ambulare in uias domini. idcirco non eos com
phendit propter gabaa prelium siue captiuitatis sicut ipsi putant. ibi enim
bene fecerunt ut persequerentur filios iniquitatis. sed corripiam in ira eos
atq; crudiam uota mei animi uoluntate. et congregabo aduersus illos
populorum multitudinem. quia duas fecerunt iniquitates uindicando homi
nem et dei sui iniuriam negligendo. siue duas iniquitates quia primum
peccauerunt in idolis michae secundo in uitulis hieroboam. ut certe
duas iniquitates duos uitulos samarie in dan et bethel possum
duas iniquitates appellare. De quibus et hieremias loquitur duo pessima
fecit populus meus me dereliquerunt fontem aquae uiuae et foderunt
sibi lacus contritos. qui non possunt aquas continere. Hee due
iniquitates contra duo decalogi erupere precepta. in quibus dis
tego dominus dissuus non erunt tibi dii alii absque me. Lxx gabaa colles
interpretatu sunt. A diebus quibus colliu peccauit israel quando montes ecclesie
dereliquit et ad diuos siue colles descendit hereticos doctorem se
putans quam ecclesia est. et sublimius aliquid reperisse. Ibi steterunt
hoc est in errore perseuerauerunt. Quod quia segregat non comphendit eos
in colle preliu. quidam sic interpretantur quia genuerunt filios in
iquitatis et de ecclesia recedentes. ceperunt esse in collibus cum peccatum
uenerit. non eos comphendet prelium diabolo suos in pugnare